

Edicto de Precios Máximos de Diocleciano. LATIN.

http://www.fh-augsburg.de/~harsch/dio_ep_i.html

[Imp(erator) Caesar C. Aurel(ius) Val(erius) Diocletian]us P(ius) F(elix) Inv(ictus) Aug(ustus), p[ro]nt(ificus) max(imus), Germ(anicus) max(imus) VI, Sarm(aticus) max(imus) IIII, Persic(us) max(imus) II, Britt(anicus) max(imus), Carpic(us) max(imus), Armen(icus) max(imus), Medic(us) max(imus), Adiabenic(us) max(imus), trib(unicia) p(otestate) XVIII, coss(ul) VII, Imp(erator) XVIII, p(ater) p(atriciae), procoss(ul),

et Imp(erator) Caesa[r] M Aurel(ius) Val(erius) Maximianus P(ius) F(elix) Inv(ictus) Aug(ustus), p[ro]nt(ificus) max(imus), Germ(anicus) max(imus) V, Sarm(aticus) [max(imus) IIII, Persic(us) max(imus) II, Britt(anicus) max(imus), Carpic(us) max(imus), Armen(icus) max(imus), Medic(us) max(imus), Adiabenic(us) max(imus), trib](unicia) p(otestate) XVII, coss(ul) VI, Imp(erator) XVII, p(ater) p(atriciae), procoss(ul),

et Fl(avius) Val(erius) Constantius, Germ(anicus) max(imus) II, Sarm(aticus) max(imus) II, Persic(us) max(imus) II, Britt(anicus) max(imus), <Carpic(us)> max(imus), Armenic(us) max(imus), Medic(us) max(imus), Adiaben(icus) max(imus), trib(unicia) p(otestate) VIII, coss(ul) III, nobil(issimus) Caes(ar),

et G(alerius) Val(erius) Maximianus Germ(anicus) max(imus) II, Sarm(aticus) [max(imus) II, Persic(us) max(imus) II, Britt(anicus) max(imus), Carpic(us) max(imus), Armeni(cus) max(imus), Medic(us) max(imus), Adia]b(enicus) max(imus), trib(unicia) p(otestate) VIII, coss(ul) III, nobil(issimus) Caes(ar), dicunt:

fortunam rei publicae nostrae, cui iuxta inmortales deo<s> bellorum memoria, quae feliciter gessimus, gratulari licet tranquillo orbis statu et in gremio altissima[e] quietis locato, etiam pacis bonis, p[r]opter quam sudore largo laboratum est, disponi fideliter adque ornari decenter honestum publicum et Romana dignitas maiestasque desiderant, ut nos, qui benigno favore numinum aestuantes de praeterito rapinas gentium barbararum ipsarum nationum clade compressimus, in aeternum fundatam quietem [deb]itis iustitiae munimen[ti]s saepiamus.

etenim si ea, quibus nullo sibi fine proposito ardet avaritia desaeviens, quae sine respectu generis humani, non annis modo vel mensibus aut diebus, sed paene horis ipsisque momentis ad incrementa sui et augmenta festinat, aliqua continentiae ratio frenaret, vel si fortunae commun<e>s aequ[o] animo perpeti possent hanc debachandi licentiam, qua pessime in dies eiusmodi sorte lacerantur, dissimulandi forsitam adque reticendi relictus locus videretur, cum detestandam inmanitatem condicionemque miserandam communis animorum patientia temperaret.

sed quia una est cupido furoris indomiti nullum communis necessitudinis habere dilectum, et gliscentis avaritiae ac rapidis aestuantis ardoribus velut quaedam religio apud inprob<o>s et inmodest<o>s existimatur in lacerandis fortunis omnium necessitate potius quam voluntate destitui, adque ultra conivere non possunt, quos ad sensum miserrimae condicionis egestatis extrema traxerunt, convenit

prospicientibus nobis, qui parentes sumus generis humani, arbitram rebus intervenire iustitiam, ut, quod speratum diu humanitas ipsa praestare non potuit, ad commune omnium temperamentum remediis provisionis nostrae comferatur. et huius quidem causae, quantum communis omnium conscientia recognoscit et ipsarum rerum fides clamat, paene sera prospectio est, dum hac spe consilia molimur aut remedia inventa cohibemus, ut, quod expectandum fuit per iura naturae, in gravissimis deprehensa delictis ipsa se emendaret humanitas, longe melius existimantes non ferendae direptionis notas a communibus iudiciis ipsorum sensu adque arbitrio submoveri, quos cottidie in peiora praecipites et in publicum nefas quadam animorum caecitate vergentes inimicos singulis et universis reos atrocissimae inhumanitatis gravis noxa dediderat.

ad remedia igitur iam diu rerum necessitate desiderata prorumpimus et securi quidem querellarum, ne ut intempestivo aut superfluo medellae nostrae interventus vel apud improbos levior aut vilior aestimaretur, qui tot annorum reticentiam nostram praeceptricem modestiae sentientes sequi tamen noluerunt.

quis enim adeo optumsi pectoris et a sensu humanitatis extorris est, qui ignorare possit, immo non senserit in venalibus rebus, quae vel in mercimoniis aguntur vel diurna urbium conversatione tractantur, in tantum se licentiam difuisse pretiorum, ut effrenata livido rapiendi nec rerum copia nec annorum ubertatibus mitigaretur? ut plane eiusmodi homines, quos haec officia exercitos habent, dubium not sit semper pendere animi[s] etiam de siderum motibus auras ipsas tempestatesque captare neque iniquitate sua perpeti posse ad spem frugum futurarum inundari superis imbribus arva felicia; ut qui detrimentum sui existiment caeli ipsius temperamentis abundantiam rebus provenire.

et quibus semper studium est in questum trahere etiam beneficia divina ac publicae felicitatis affluentiam stringere rursusque anni sterilitate de seminum] iactibus adque institorum officiis nundinari, qui singuli maximis divitiis diffluentes, quae etiam populos adfatim explere potuissent, consecentur peculia et laceratrices centensimas persequantur, eorum avaritiae modum statui, provinciales nostri, communis humanitatis ratio persuadet.

sed iam etiam ipsas causas, quarum necessitas tandem providere diu prolatam patientiam compulit, explicare debemus, ut, quamvis difficile sit toto orbe avaritiam saevientem speciali argumento vel facto potius revelari, iustior tamen intellegatur remedii constitutio, cum intemperatissimi homines mentium suarum indomitas cupid[ines desig]natione quadam et notis cogentur agnoscere.

quis ergo nesciat utilitatibus publicis insidiatricem audaciam, quacumque exercitus nostros dirigi communis omnium salus postulat non per vicos modo aut per oppida, se<d> <i>n omni itinere, animo sectionis occurrere, pretia venalium rerum non quadruplo aut oct[uplo, sed i]ta extorquere, ut nomina <a>estim<ati>onis et facti explicare humanae linguae ratio non possit, denique interdum distractione unius rei donativo militem stipendioque privari et omnem totius orbis ad sustinendos exercitus collationem detestandis quaestibus diripientium cedere, ut manu propria spem militiae suae et emeritos labores milites nostri sectoribus omnium comferre videantur, quo depraedatores ipsius rei publica tantum in dies rapiant, quantum

habere nesciant?

his omnibus, quae supra comprehensa sunt, iuste ac merito permoti, cum iam ipsa humanitas deprecari videretur, non praetia venalium rerum - neque enim fieri id iustum putatur, cum plurimae interdum provinciae felicitate optatae vilitatis et velut quodam affluentiae privilegio gloriantur - sed modum statuendum esse censuimus, ut, cum vis aliqua caritatis emergeret - quod dii omen averterent -, avaritia, quae velut campis quadam immensitate diffusis teneri non poterat, statuti nostri finibus et moderaturae legis terminis stringeretur. placet igitur ea pretia, quae subditi brevis scriptum designat, ita totius orbis nostri observantia contineri, ut omnes intellegant egrediendi eadem licentiam sibi esse praecisam; non inpedita utique in his locis, ubi copia rerum perspicietur affluere, vilitatis beatitudine, cui maxime providetur, dum praefinita avaritia conpescitur. inter venditores autem emptoresque, quibus consuetudo est adire portus et peregrinas obire provincias, haec communis actus debet esse moderatio, ut, cum et ipsis sciant in caritatis necessitate statuta rebus pretia non posse transcendere, distractionis tempore ea locorum adque discursuum totiusque negotii ratio subputetur, qua iuste placuisse perspicitur nusquam carius vendituros esse, qui transferunt.

quia igitur et apud maiores nostros hanc ferendarum legum constat fuisse rationem, ut praescripto metu conpesceretur audacia - quod rarum admodum est humanam condicionem sponte beneficam deprehendi et semper praeceptor metus iustissimus officiorum invenitur esse moderator -, placet, ut, si quis contra formam statuti huius conexus fuerit audentia, capitali periculo subiugetur. nec quisquam duritiam statui putet, cum in promptu adsit perfugium declinandi periculi modestiae observantia. eidem autem periculo etiam ille subdetur, qui comparandi cupiditate avaritiae distrahentis contra statuta consenserit. ab eiusmodi quoque noxa immunis nec ille praestavatur, qui habens species victui adque usui necessarias post hoc statuti temperamentum existimaverit subtrahendas, cum poena vel gravior esse debeat inferentis paenuriam quam contra statuta quatientis. cohortamur ergo omnium devotionem, ut res constituta ex commodo publico benignis obsequiis et debita religione custodiat, maxime cum eius modi statuto non civitatibus singulis ac populis adque provinciis, sed universo orbi provisum esse videatur, in cuius perniciem pauci admodum desaevisse noscantur, quorum avaritiam nec prolixitas temporum nec divitiae, quibus studuisse cernuntur, mitigare aut satiare potuerunt.

[quae pr]etia [in singularem rerum venditionibus ex]cedere nemini licitum sit, [hic i]nfra oste[n]ditur].

I			
de frugibus			
1	frumenti	1 modium castrensis	100
2	hordei	1 modium castrensis	60
3	centenum sive sicale	1 modium castrensis	60
4	mili pisti	1 modium castrensis	100
5	mili integri	1 modium castrensis	50
6	panicii	1 modium castrensis	50
7	speltae mundae	1 modium castrensis	100
8	farris	1 modium castrensis	- -
9	scandulae sive speltae	1 modium castrensis	30
10	hervuli	1 modium castrensis	- -
11	fabae fressae	1 modium castrensis	100
12	fabae non fressae	1 modium castrensis	60
13	lenticulae	1 modium castrensis	100
14	herbiliae	1 modium castrensis	80
15	pisae fractae	1 modium castrensis	100
16	pisae non fractae	1 modium castrensis	60
17	ciceris	1 modium castrensis	100
18	hervi	1 modium castrensis	100
19	avenae	1 modium castrensis	30
20	faeni Graeci	1 modium castrensis	100
21	lupini crudi	1 modium castrensis	60
22	lupini cocti	Ital. s. unum	4
23	fasioli sicci	1 modium castrensis	100
24	lini seminis	1 modium castrensis	150
25	oryzae mundae	1 modium castrensis	200
26	tisanae mundae	1 modium italicum	100
27	alicae mundae	1 modium italicum	200
28	sesami	1 modium castrensis	200
29	faeni seminis	1 modium castrensis	30
30	Medicae seminis	1 modium castrensis	150
31	cannabis seminis	1 modium castrensis	80
32	viciae siccae	1 modium castrensis	80
33	papaveris	1 modium castrensis	150
34	cymini mundi	1 modium castrensis	200
35	seminis raphanini	1 modium castrensis	150
36	sinapis	1 modium castrensis	150
37	sinapis confectae	Itali(cum) s. unum	8
II item de			
vinis			

1	Piceni	Italicum s. unum	30
2	Tiburtini	Italicum s. unum	30
3	Sabini	Italicum s. unum	30
4	Aminnei	Italicum s. unum	30
5	Saiti	Italicum s. unum	30
6	Surrentini	Italicum s. unum	30
7	Falerini	Italicum s. unum	30
8	item vini veteris primi gustus	Ital. s. unum	24
9	vini veteris sequentis gustus	Ital. s. unum	16
10	vini rustici	Ital. s. unum	8
11	cervesiae sive cami	Italicum s. unum	4
12	zythi	Italicum s. unum	duobus
13	item caroeni Maeoni	Italicum s. unum	30
14	chrysattici	Italicum s. unum	24
15	decocti	Italicum s. unum	16
16	defritis	Ital. s. unum	20
17	conditi	Ital. s. unum	24
18	apsinthe	Ital. s. unum	20
19	rhosati	Ital. s. unum	20
III item olei, aceti, liquaminis, salis, mellis			
1	olei floris	Ital. s. unum	40
2	olei sequentis	Ital. s. unum	24
3	olei cibari	Ital. s. unum	24
4	olei raphanini	Ital. s. unum	8
5	aceti	Ital. s. unum	3
6	liquaminis primi	Ital. s. unum	16
7	liquaminis secundi	Ital. s. unum	12
8	salis	1 modium castrensis	100
9	salis conditi	Italicum s. unum	8
10	mellis optimi	Ital. s. unum	40
11	mellis secundi	Ital. s. unum	24
12	mellis Phoenicini	Ital. s. unum	octo
IV item carnis			
1	carnis porcinae	Ital. po. unum	12
2	carnis bubulae	Ital. po. unum	12
3	carnis caprinae sive vervecinae	Ital. po. unum	8
4	vulvae	Ital. po. unum	24
5	suminis	Ital. po. unum	20
6	ficati optimi	Ital. po. unum	16
7	laridi optimi	Ital. po. unum	16

8	pernae optimae petasonis sive Menapicae vel Cerritanae	Ital. po. unum	20
9	pernae optimae petasonis Marsicae	Ital. po. unum	20
10	adipis recentis	Ital. po. unum	12
11	axungiae	Ital. po. unum	12
12	ungellas quattuor et aqualiculum	pretio, quo caro distrahitur	
13	isicium porcinum	unciae unius	duobus
14	isicia bubula	Ital. po. unum	10
15	Lucanicarum	Ital. po. unum	16
16	Lucanicarum bubularum	Ital. po. un(um)	10
17	fasianus pastus	ducentis quinquaginta	
18	fasianus agrestis	centum viginti quinque	
19	fasiana pasta	ducentis	
20	fasiana non pasta		100
21	anser pastus	ducentis	
22	anser non pastus		100
23	pullorum	par unum	60
24	perdix	unus	30
25	turtur singularis	unus	16
26	turtur agrestis	unus	12
27	turdorum	decuria	60
28	palumborum	par	20
29	columbinorum	par	24
30	attagena	una	20
31	anatum	par	40
32	lepus		150
33	cuniculus		40
34	ampeliones singulares	n. decem	40
35	ampeliones agrestes	n. decem	20
36	ficedulae	n. decem	40
37	passeres	n. decem	16
38	glires	n. decem	40
39	pabus mas	trecentis	
40	pabus femina	ducentis	
41	coturnices	n. decem	20
42	sturni	n. decem	20
43	aprunae	Ital. po. l	16
44	cerbinae	Ital. po. l	12
45	dorci sibe caprae vel dammae	Ital. po. l	12
46	porcelli lanctantis	in po. l	16
47	agnus	in po. l	12
48	haedus	in po. l	12

49	sevi	Ital. po. I	6
50	butyri	Ital. po. I	16
V item piscis			
1	piscis aspratilis marini	Ital. po. I	24
2	piscis secundi	Ital. po. I	16
3	piscis flubialis optimi	Ital. po. unum	12
4	piscis secundi flubialis	Ital. po. unum	8
5	piscis salsi	Ital. po. unum	6
6	ostriae	n. centum	100
7	echini	n. centum	50
8	echini recentis purgati	Ital. s. unum	50
9	echini salsi	Ital. s. unum	100
10	sphonduli marini	n. centum	50
11	casei sicci marini	Ital. po. unum	12
12	sardae sive sardinae	Ital. po. unum	16
VI item de oleribus, pomis et ovis			
1	cardus maiores	n. quinque	10
2	sponduli	n. decem	6
3	intiba optima	n. decem	10
4	intiba sequentia	n. decem	4
5	malvae maximae	n. quinque	4
6	malvae sequentes	n. decem	4
7	lactucae optimae	n. quinque	4
8	lactucae sequentes	n. decem	4
9	coliculi optimi	n. quinque	4
10	coliculi sequentes	n. decem	4
11	cymae optimae	fascem unum	4
12	porri maximi	n. decem	4
13	porri sequentes	n. viginti	4
14	betae maximae	n. quinque	4
15	betae sequentes	n. decem	4
16	radices maximae	n. decem	4
17	radices sequentes	n. viginti	4
18	rapae maximae	n. decem	4
19	rapae sequentes	n. viginti	4
20	ceparum siccarum	Ital. m. I	50
21	cepa viridis primae	n. viginti quinque	4
22	cepa viridis sequentes	n. quinquaginta	4
23	alei	Ital. 1 modium italicus	60
24	sisinbriorum	fascis in n. viginti	10
25	capparitis	Ital. 1 modium italicus	100
26	cucurbitae primae	n. decem	4
27	cucurbitae sequentes	n. viginti	4

28	cucumeres primi	n. decem	4
29	cucumeres sequentes	n. viginti	4
30	meloepones maiores	n. duo	4
31	meloepones sequentes	n. quattuor	4
32	pepones	n. quattuor	4
33	fasiolorum	fascis habens n. XXV	4
34	asparagi hortulani	fascis habens n. XXV	6
35	asparagi agrestes	no. quinquaginta	4
36	rusci	fascis habens no. 60	4
37	ciceris viridis	fasciculi no. quattuor	4
38	fabae viridis purgatae	Ital. s. unum	4
39	fasioli viridis purgati	Ital. s. unum	4
40	germina palmae sive elatae	no. quattuor	4
41	bulbi Afri sive Fabriani maximi	no. viginti	12
42	bulbi minores	no. quadraginta	12
43	ova	n. quattuor	4
44	parstinacae maximae	fascis habens no. viginti quinque	6
45	parstinacae sequentes	fascis habens no. quinquaginta	6
46	cuchliae maximae	no. viginti	4
47	cuchliae sequentes	no. quadraginta	4
48	condimentorum praemiscuorum	fascis n. octo	4
49	castaneae	n. centum	4
50	nuces optimae virides	n. quinquaginta	4
51	nuces siccae	no. centum	4
52	amygdalarum purgatarum	Ital. s. unum	6
53	cardnucium Abellanarum purgatarum	It. s. unum	4
54	nuclei pinei purgati	Ital. s. unum	12
55	pistaciorum	Ital. s. unum	16
56	zizyphorum	Ital. s. unum	4
57	cerasorum	p. quattuor	4
58	praecocia	n. decem	4
59	duracina maxima	n. decem	4
60	duracina sequentia	n. viginti	sex
61	Persica maxima	n. decem	4
62	Persica sequentia	n. viginti	4
63	pira maxima	n. decem	--
64	pira sequentia	n. viginti	--
65	mala optima Mattiana sive Saligniana	n. X	4
66	mala sequentia	no. viginti	4

67	mala minora	no. quadrag(inta)	4
68	rosae	no. centum	8
69	pruna cerea maxima	no. triginta	4
70	pruna cerea sequentia	no. quadraginta	4
71	mala granata maxima	no. decem	8
72	mala granata sequentia	no. viginti	8
73	mala Cydonea	no. decem	4
74	mala Cydonea sequentia	no. viginti	4
75	citrium maximum	viginti quattuor	
76	citrium sequens	sedecim	
77	mora	fiscilla capiens Ital. s. unum	4
78	ficus optimae	no. viginti quinque	4
79	ficus sequentes	no. quadraginta	4
80	uvae duracinae seu bumastae	po. IIII	4
81	dactulos Nicolaos optimos	octo	4
82	dactulos Nicolaos sequentes	no.sedecim	4
83	palmulas	no. viginti quinque	4
84	ficus Caricas	no. viginti quinque	4
85	Caricae pressae	s.unum	4
86	Damascena moneaea sicca	n. octo	4
87	Damascena moneaea sequentia	numero sedecim	4
88	ficus duplices	p. unum	4
89	olivae Tarsicae	numero viginti	4
90	olivae columbades	numero quadraginta	4
91	olivae nigrae	s. Ital. unum	4
92	uve passae fabriles	s. Ital. unum	8
93	uvae passae maximae	s. Ital. unum	4
94	terracuberum	p. unum	16
95	lactis ovilli	s. Ital. unum	8
96	casei recentis	Ital. p. unum	8
VII De mercedibus operariorum			
1	operario rustico pasto	diurni	24
2	- - - -	diurni	50
3	lapidario structori pasto	diurni	50
4	fabro intestinatio ut supra	diurni	50
5	fabro tignario ut supra	diurni	50
6	calcis coctori ut supra	diurni	50
7	marmorario ut supra	diurni	60

8	musaeario ut supra	diurni	60
9	tessellario ut supra	diurni	50
10	pictori parietario ut supra	diurni	75
11	pictori imaginario ut supra	diurni	150
12	carpentario ut supra	diurni	50
13	fabro ferrario ut supra	diurni	50
14	pistori ut supra	diurni	50
15	nauego in navi maritima ut supra	diurni	60
16	nauego in navi amnica ut supra	diurni	50
17	lateris crudi ad laterculos diurnam mercedem, in lateribus quattuor pedum vinum, ita ut ipse sibi inpensam praeparet, pasto	duos	
18	item lateris ex luto diurnam mercedem, in lateribus no. octo, ita ut ipse sibi inpensam praeparet, pasto	duos	
19	camelario sibe asinario et burdonario pasto	diurni	25
20	pastori pasto	diurnos	20
21	mulioni pasto	diurnos	25
22	mulomedico tonsurae et aptaturae pedum	in capite uno	6
23	depleturae et purgaturae capitis	per singula capita	20
24	tonsoni	per homines singulos	2
25	tonsoni pecorum	in uno capite pasto	2
	De aeramento		
26	aerario in orichalco mercedis	in po. l	8
27	aerario in cupri	in po. l	6
28	aerario in vasculis diversi generis	in po. l	6
29	aerario in sigillis vel statuis	in po. l	4
30	aerario inductilis aeramenti	in po. l	6
31	plastae imaginario diurnae mercedis pasto	septuaginta quinque	
32	reliquis plastis gypsariis pastis	diurnos	50

33	aquario omni die operanti pasto	diurnos	25
34	cloacario omni die operanti pasto	diurnos	25
35	samiatori in spatha ex usu		58
36	samiatori in casside ex usu		25
37	samiatori in securi		6
38	samiatori in bipenni		8
39	samiatori vagina spathae		100
40	membranario in quaternione pedali pergameni ve1 crocati		40
41	scriptori in scriptura optima versus		25
42	sequentis scripturae versuum		20
43	tabellanioni in scriptura libelli vel tabularum in versibus		10
44	bracario pro excisura et ornatura pro birro qualitatis primae		60
45	bracario pro birro qualitatis secundae		40
46	bracario pro caracalla maiori		25
47	bracario pro caracalla minori		20
48	bracario pro bracibus		20
49	bracario pro udonibus		4
50	sarcinatori in veste subtili replicaturae		6
51	eidem aperturae cum subsutura holosericae		50
52	eidem aperturae cum subsutura supsericae		30
53	eidem aperturae cum subsuturae in veste grossiori		4
54	centunclum equestrae quoactile album sive nigrum librarum trium		100
55	centunclum primum ornatum ab acu ponderis supra scripti		250

56	coloratori in tunica muliebri vulgari rudi		16
57	coloratori in tunica muliebri vulgari ab usu		10
58	coloratori in strictoria virili de tela		10
59	coloratori in strictoria virili ab usu		6
60	coloratori in infantili rudi		6
61	coloratori in infantili ab usu		2
62	coloratori sagum sive rachanam rudi		16
63	coloratori sagum sive rachanam ab usu		6
64	coloratori in tapete rudi		24
65	coloratori in tapete ab usu		10
66	ceromatitae in singulis discipulis menstruos		50
67	paedagogo in singulis pueris menstruos		50
68	magistro institutori litterarum in singulis pueris menstruos		50
69	calculatori in singulis pueris menstruos		75
70	notario in singulis pueris menstruos		75
71	librario sive antiquario in singulis discipulis menstruos		50
72	grammatico Graeco sive Latino et geometrae in singulis discipulis menstruos		200
73	oratori sive sophistae in singulis discipulis menstruos		250
74	advocato sive iuris perito mercedis in postulatione		250
75	advocato sive iuris perito mercedis in cognitione		1000
76	architecto magistro per singulos pueros menstruos		100
77	capsario in singulis		2

	labantibus		
78	balneatori privataro in singulis lavantibus		2
VIII	de pellibus, de coriis, de segestribus		
	de pellibus Babylonicis seu Trallianis vel Phoeniceis		
1	pellis Babylonica primae formae	quingentis	
2	pellis Babylonica formae secundae	quadringentis	
3	pellis Tralliana		200
4	pellis Phoenicea		100
5	pellis lacchena		300
	de coriis bubuli		
6	corium bubulum infectum formae primae	quingentis	
7	idem confectum ad soleranda calceamenta	septingentis quingenta	
8	idem confectum ad loramenta et cetera		600
9	corium secundae formae infectum		300
10	idem confectum	quadringentis	
11	pellis caprina maxima infecta		40
12	eadem confecta		50
13	pellis vervecina maxima infecta		20
14	eadem confecta		30
15	pellis bellearis prima		100
16	pileum factum		200
17	pellis haedina infecta		10
18	eadem confecta		16
19	pellis hyaenae infecta		40
20	eadem confecta		60
21	pellis dorci infecta		10
22	eadem confecta		15
23	pellis cervin(a) primae formae infecta		75
24	eadem confecta		100
25	pellis oviferi infecta		20
26	eadem confecta		30
27	pellis lupina infecta		25
28	eadem confecta		40

29	pellis melina infecta		10
30	eadem confecta		15
31	pellis castorina infecta		20
32	eadem confecta		30
33	pellis ursina maxima infecta		100
34	eadem confecta		150
35	pellis lupi cervari infecta		40
36	eadem confecta		60
37	pellis vituli marini infecta		1250
38	eadem confecta	mille quingentis	
39	pellis leopardina infecta		1000
40	eadem confecta		1250
41	pellis leonina confecta		1000
de segestribus			
42	segestrae de caprinis villis		600
43	pulicare tenerrimum et maximum		600
IX de formis caligaribus			
1	formae caligares maximae		100
2	formae secundae mensurae		80
3	formae muliebres		60
4	formae infantiles		30
	de caligis		
5	caligae primae formae mulionicae sive rusticae	par sine clavis	120
6	caligae militares sine clavo		100
7	calcei patricii		150
8	calicae senatorum		100
9	calicae equestres		70
10	caligae muliebres		60
11	campagi militares		75
	de soleis et gallicis		
12	gallicae viriles rusticanae bisoles	par	octaginta
13	gallicae viriles monosoles	par	50
14	gallicae cursoriae	par	60
15	taurinae muliebres bisoles	par	50
16	taurinae muliebres	par	30

	monosoles		
	de soleis Babylonicis et purpureis et Phoeniceis et albis		
17	soleae Babylonicae	par	120
18	socci purpurei sive Phoenicei	par	60
19	socci albi	par	- -
	de furnis domesticis		
20	socci viriles	par	60
21	socci muliebres	par	50
22	socci inauratae		80
23	socci Babylonici purpurei		80
24	taurinae inauratae		75
25	taurinae lanatae		50